



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1856

XII. Markgraf Ludwig verleiht an Heinrich und Brand von Baruth Hebungen in der Bede der Dörfer Predikow, am 8. Mai 1340.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54728](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54728)

XI. Markgraf Ludwig verleiht dem Köpfkin von Woltersdorf Gebungen im Dorfe Wehsow oder zu der Wiese, am 5. Juni 1339.

Nouerint etc. Quod nos etc. Contulimus et presentibus conferimus dilecto nostro fideli Cöpkino, quondam bone recordationis Tydekini de walterstorp fidelis nostri filio, III frusta annuorum reddituum tam in censu quam in precaria ville dicte to der wyse cum omni iure, utilitate, honore, commodo et libertate, quibus dictos redditus Tydeko prefatus possedit et tenuit, sine inquietatione qualibet perpetuis temporibus quiete et pacifice possidenda. In cuius Testes G. comes de Swarczburg, Joh. Buch, Heylo, Bombrecht, hufener etc. Datum anno domini M^o. CCC^o. XXX^o. nono, In die beati Bonifacii.

Nach dem Copialbuche M. Ludwig I., betr. die Vogtei Barnim Nr. 6.

XII. Markgraf Ludwig verleiht an Heinrich und Brand von Baruth Gebungen in der Bede der Dörfer Predifow, am 8. Mai 1340.

Nouerint etc. Quod nos etc. Contulimus et presentibus conferimus strenuis viris Heinricho et Brant, fratribus, dictis de Barut, fidelibus nostris dilectis ad manum coniunctam ipsorumque veris et legitimis heredibus XX frusta annuorum reddituum in precaria villarum predi-cowe sita, sub modis, iuribus et conditionibus, quibus predictos redditus strenuus miles Albertus Stange, dilectus noster fidelis, a nobis tenuit et possedit sine impedimento quolibet quiete et pacifice possidenda. In cuius etc. Testes G. c. de Swarczburg, Rysach, Helo, Bombrecht, milites, cum ceteris. Datum Berlin, anno domini M^o. CCC^o. XL^o., feria II post Walpurgis.

Nach dem Copialbuche M. Ludwig I., betr. die Vogtei Barnim Nr. 16.

XIII. Markgraf Ludwig verzeignet an Tyle Brücke 4 Hufen im Dorfe Mehrow für einen innerhalb der Pfarochie der Stadt Berlin zu errichtenden Altar, am 3. Januar 1344.

Nouerint etc. Quod nos etc. Appropriauimus et appropriare decreuimus quatuor mansorum cum omni iure pactus et census, in villa mere sitorum, ad sex frusta annuorum reddituum extendentes loco ecclesiastico, altari seu cultui diuino in parrochiis ciuitatis nostre Berlin situando, cuiusque discretus vir tylo brücghe, eiusdem ciuitatis nostre ciuis, fidelis nobis dilectus, vel cuiusque predictos redditus pariter uel diuisim vendiderit, dummodo in cultum diuinum, ut premititur, per eundem scientifice conuertantur, applicauerit seu applicare decreuerit, sine impedimento, inpetitione seu inquietatione qualibet nostri, heredum et successorum nostrorum perpetuis temporibus pertinendos. Volentes etiam prenotatorum reddituum appropriationem in cultum diuinum conuertendorum cuiusque vendiderit coniunctim vel diuisim, in omni suo vigore superius expresso ratam